



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput I. Laicos, & Clericos non conficientes non adstringi jure divino ad
Communionem sub utraque specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „que obedientia videantur discessisse
A C. 1562. „censuit, ea, quæ ad Communionem
 „sub utraque specie, & parvulorum per-
 „tinent, hoc loco exponenda esse: qua-
 „propter cunctis Christi fidelibus inter-
 „dicit, ne posthac de iis aliter vel cre-
 „dere, vel docere, vel prædicare au-
 „deant, quam est his decretis explicata-
 „tum, atque definitum.

CAPUT I.

*Laicos, & Clericos non conficientes non
 adstringi jure divino ad Communio-
 nem sub utraque specie.*

„Itaque sancta ipsa Synodus, a Spiritu
 „Sancto, qui spiritus est sapientiae,
 „& intellectus, Spiritus consilii, & pie-
 „tatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ ju-
 „dicium, & consuetudinem secuta, de-
 „clarat, ac docet, nullo divino præce-
 „pto laicos, & clericos non conficien-
 „tes obligari, ad Eucharistiæ Sacramen-
 „tum sub utraque specie sumendum,
 „neque ullo pacto salva fide dubitari
 „posse, quin illis alterius speciei com-
 „munio ad salutem sufficiat; nam eti-
 „Christus Dominus in ultima coena ve-
 „nerabile hoc Sacramentum in panis,
 „& vini speciebus instituit, & Apostolis
 „tradidit, non tamen illa institutio, &
 „traditio eo tendunt, ut omnes Christi
 „fideles statuto Domini ad utramque
 „speciem.



„speciem accipiendam adstringantur,
„sed neque ex sermone illo apud Joan- Sæcul. XVI.
A.C. 1562.
„nem cap. sexto recte colligitur, utriusque
„speciei communionem a Domino præ-
„ceptam esse, utcunque juxta varias
„Sanctorum Patrum, & Doctorum in-
„terpretationes intelligatur;,, namque **Matth. xvi.**
qui dixit, *Nisi manducaveritis carnem fi-* **1. Cor. ix.**
lli hominis, & biberitis ejus Sanguinem,
non habebitis vitam in vobis, dixit quo-
que: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vi-*
vet in æternum. Et qui dixit: qui man-
ducat meam carnem, & bibit meum san-
guinem, habet vitam æternam; dixit etiam: **Joan. 6.**
Panis, quem ego dabo, caro est pro mun-
di vita. Et denique qui dixit: qui man-
ducat meam carnem, & bibit meum
sanguinem in me manet, & ego in illo,
dixit nihilominus: qui manducat hunc pa-
nem, vivet in æternum.

CAPUT II.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sa-
cramonti Eucharistie.

Præterea declarat: „hanc potestatem
„perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in
„Sacramentorum dispensatione, salva il-
„lorum substantia, ea statueret, vel mu-
„taret, quæ suscipientium utilitati, seu
„ipsorum Sacramentorum venerationi
„pro rerum, temporum, & locorum va-
„rietate magis expedire judicaret: id

N 3 autem